

¿Por ventura, no sabe él, mejor que nadie, lo que cuesta el trabajo y el sufrimiento? Vive en medio del pueblo, y el sacerdote es hijo del pueblo como vosotros, no hay calamidad pública que no le hiera á él mas que á todos.

Muy á menudo el sacerdote es hijo del labrador, del jornalero ó del artesano, lo mismo que vosotros; nace en la choza ó en la buhardilla. Conoceis á su padre, á su madre y á sus hermanos; es de los vuestros, y deberiais estar orgullosos de su saber, de sus virtudes y de sus sacrificios, porque con esto, enaltece vuestra clase.

De vuestro Párroco, sobre todo, amigos mios, es menester que os lo diga, ¿qué es lo que á veces nos harian creer? Por mas que le conozcais y le veais, creeis de él las cosas mas increibles, no le respetais, y desconfiais hasta del bien que hace..... Algunas veces llegais á ser con él injustos, tratándole sin piedad y sin humanidad. ¡Ah! pobre hombre! mucha provision de paciencia y caridad le es necesaria, porque no le falta á cada momento ocasiones de emplearlas.

Entregar la fortuna y el reposo, es ya mucho para el tiempo que corremos. Todo el mundo aprecia en gran manera lo que posee, y á nadie gusta incomodarse, ni aun por sus amigos. ¿Que será hacerlo á todas horas por el primero que se presente? No hay duda, es una cosa admirable. Pues bien. Hay todavía algo mas difícil, y es exponerse hasta á dar la vida. Esto lo

hará cualquier sacerdote por obligacion y con buena voluntad, y esto á cada instante, de noche y de dia. Cuando se presenta ocasion, ninguno retrocede; muy al contrario, hay á veces rivalidad y competencia en disputarse el punto mas arriesgado. Recordad las últimas epidemias.

Hace algunos años se encontraba al frente de una parroquia un excelente Cura; cumplia todos sus deberes del mejor modo posible, pero esto no impedía que sus feligreses le criticasen de lo lindo. A uno le parecia que era demasiado severo; á otro, que hacia los sermones demasiado largos; á éste que hacia pocas limosnas, al de mas allá, que se metia en asuntos que no le pertenecian; otro se quejaba porque no habia admitido aún á sus hijos á la primera comunión: era cuento de nunca acabar. No faltó tambien quien dijo que el Cura hacia cara de valer muy poca cosa, considerándole como un imbécil ó de menguados alcances.

De pronto comienza el pueblo á verse invadido por el tifus: todos los primeros casos fueron mortales; era asunto de pocos dias. Los médicos declararon que la enfermedad era contagiosa, y que corría peligro de cogerla todo el que tocase los enfermos, ó respirase el aire de sus aposentos..... Sin embargo, el Cura acudia á todas partes, visitaba, consolaba, confesaba, administraba los demas sacramentos, y aun mas, con sus propias manos enterraba los cadáveres.

(Continuará)

COLECCION

DE

Documentos Eclesiásticos.

Responsable.--N. Parga.

Imp. de N. Parga.

TOM. I.

Guadalajara, Octubre 8 de 1876.

NUM. 15.

SECCION I.

Disposiciones generales de la Iglesia.

**Benedictus Episcopus,
servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.**

Apostolica Indulta, quamvis prudenti Romanorum Pontificum dispensatione concessa, ad Christiani Populi profectum, et promovendam animarum salutem plurimum conferre non dubitamus: si tamen eorum interpretatio ingeniorum liberius opinantium licentiae permittatur: unde in sensu a mente, et voluntate concedentium alienos detorqueantur; eadem in Ecclesiasticae Disciplinae detrimentum, et ipsorum Fidelium periculum atque perniciem, perverso hominum abusu, traduci posse veremur. Quapropter, pro eo, quam Dei nutu suscepimus, sanctissimarum Ecclesiae Legum custodia, et flagrantia, quo tenemur, studio, de universo Christi grege ad aeternae beatitudinis metam securius dirigendo, non solum recte constitutas a Patribus agendi regulas indies magis magisque constabili fatigamus; nullam praetermitten-

tes occasionem intemeratae disciplinae observantiam Catholicis omnibus praescribendi et commendandi; verum etiam Indultorum ab hac eadem Apostolica Sede benigne concessorum certos indicare limites, et tutam ipsorum formam usumque praefinire, juxta nostram et Praedecessorum nostrorum, quorum auctoritate prodierunt, mentem et voluntatem, opportunum in Domino judicamus.

§. 1. Sane hanc providentiam, si quod aliud Indultum, illud in primis postulare videtur, quod Sedes Apostolica, vel cunctis Christifidelibus, per universalis Jubilaei Literas, vel non nullarum Regionum Incolis, per Bullam, ut appellant *Cruciatae*, vel certis Universitatibus, aut Sodalium seu Confratrum coetibus, per specialia privilegia, elargiri quandoque consuevit facultatem eligendi sibi unum quempiam Confessarium ex approbatis ab Ordinario ad Confessiones audiendas, qui eos a culpis, criminibus, et censuris, alioquin reservatis, absolvere valeat: Etenim eo periculosius in usu Indultorum hujus generis erratur, quo gravius in iisdem agitur negotium, Sa-

a XIII., decreta, declarataque fuisse commemoravimus.

§ 5. Quia vero iidem Praedecessores Nostri Innocentius XII., et XIII., in suis respective Literis, Indultum per Bullam Crucifacitae concessum tantummodo nominatim expresserunt, et ab Innocentio XIII. alterius cuiuscumque generis privilegia generatim dumtaxat sunt indicata: Idecirco Nos animo prospicientes, quod, nisi clarus atque distinctius declaratum fuerit, quaenam Privilegia, seu Indulta sub praefatis regulas cadent, et cadere debeant idem fortasse reprobatarum, ut supra, opinionum offendiculum, ut olim in praedictae Bullae Crucifacitae, sic etiam in aliorum ejusdem generis indalorum interpretatione et usu, subesse facile posset. Et vigili cura animum in id intendentes, ne inimicus homo hujusmodi zizania in agro Dominico ullatenus valeat superseminare, atque ut fidelium conscientiae securius dirigantur; non modo relata superius Praedecessorum Nostrorum Decreta Auctoritate quoque Nostra approbamus, confirmamus, et innovamus, verum etiam eadem auctoritate, et simili motu, scientia, et potestatis plenitudine statuimus, et declaramus, quod idem omnino jus, quod vigore Decretorum hujusmodi, circa intelligentiam, et usum Indulti Bullae Crucifacitae obtinet, etiam quoad reliqua ejusdem generis Indulta pariformiter valere beat, et obtinere; Volumus etiam reprobationem dictarum opinione, quatenus respiciunt intelligentiam, et usum Indulti praedicti Bullae Cru-

ciatae, a praefatis Praedecessoribus proscriptarum, locum similiter habere, quatenus easdem opiniones et sententias in medium proferri contingeret circa similia etiam Indulta, sive universis per Ecclesiam Christifidelibus, sive alicui Regioni, aut Loco, Universitati, aut Coetui particulari Sodalium, seu Canfratrum, quandocumque, et ubicumque concessa vel concedenda.

§ 6. Insuper decernimus, et declaramus, id, quod generaliter de Indultis praemissis sentiendum esse jam diximus, generaliter quoque intelligendum esse de omnibus et singulis personis, quae sub eorumdem Indalorum concessione comprehensae reperiuntur, vel quas in posterum comprehendendi contingat, quaeque supradictis Indultis uti voluerint: Ita videlicet, ut si in aliquo Indulto tam Saecularibus, quam Regularibus tribuatur facultas eligendi Confessarium ab Ordinario Loci approbatum; tunc Confessarius vigore talis concessionis, sive a Saeculari, sive a Regulari Poenitente ad audiendas eorum respective Confessiones electus, nullatenus, hujusmodi Confessiones audire valeat, nisi ab Episcopo Dioecesano et Ordinario Loci, ubi Confessio expicienda est, ad Confessiones approbatus et deputatus existat; quacumque alia approbatione, tam illius generis quam uterque Innocentius Praedecessores praedicti declararunt non suffragari, quam ea, si de Regularibus agatur, quae a solo proprio Regulari Praelato obtenta foret, minime suffragante. Äquum est etiam, et rationi con-

sentaneum, ut quicumque speciali Indulti beneficiogaudere, eoque uti voluerit, is conditions in eodem Indulto praescriptas omnino servet; neque licetum est cuiquam, conditionem illam approbationis Confessari per loci Ordinarium facienda, alio modo intelligere, quam eo, quo ipsam intelligendam esse toties Praedecessores Nostri Romani Pontifices, ut praemissum est, decreverunt. Quorum Nos quoque vestigiis inhaerentes, praefatam conditionem in eodem plane sensu, quem illi tradiderunt, ab omnibus et singulis hujusmodi Indulto sub ea conditione concessu utentibns, accipiedam, et servandam esse statuimus, atque mandamus; quicumque illi fuerint, qui in vim ejusmodi Indulti Confessarium sibi eligent, sive Saeculares, sive Regulares cujuslibet Ordinis et Instituti, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, et Ordinum Militarium, etiam Militiae Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, necnon Societatis Jesu atque alterius cuiusvis Congregationis, vel Societatis, tametsi de illis, aut illorum vel illarum aliquo seu aliqua, specialis, et expressa mentio quoniammodo cumque facienda foret. Ideoque Confessiones, et absolutiones in praemissis casibus aliter in posterum factas, et respective auditas seu impertitas, irritas foret, et invalidas declaramus; et contrariam quamcumque opinionem, ejusque proxim, deinceps prohibemus ac reprobamus, tamquam explanatae, toties ab Apostolica Sede verborum intelligentiae, ac menti nostrae, quam

ad omnem hac super re ambiguitatem tollendam per praesentes clarus exposuimus, penitus adversantem.

§. 7. Postremo illud monendum existimamus, nihil hic a Nobis statui aut pronunciari super eo, an scilicet in uno aut altero Indulto unum aut alterum personarum genus comprehendendi, et quaenam Indulta specialiter Regularibus suffragari, vel non suffragari, censendum sit; hoc enim ex uniuscujusque Indulti tenore, ac verbis colligendum relinquimus; firmis tamen manentibus, et perpetuo mansuris, quod ad Bullam Crucifacitae pertinet, plurimum Praedecessorum Nostrorum declarationibus, eandem scilicet Bullam, quantum ad articulatum eligendi Confessarium, seque a casibus reservatis absolvi faciendi, nequam Regularibus suffragari; Quod Nos etiam perpetuo tenendum atque sentiendum, eorumdem Praedecessorum Nostrorum exemplo, similiter declaramus, et contrariam quamcumque opinionem uti falsam, et perniciosa, interdicimus, et reprobamus.

§. 8. Decernentes praesentes nostras Literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quilibet in praemissis, seu eorum aliquo, jus, vel interesse habentes, seu habere quomodo libet praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae vel dignitatis existant, sive alias specifica, et individua mentione, et expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea votati, et audit, neque causae propter quas eadem praesentes emanaverint, adductae, verificatae, vel sufficienter,

aut ullo modo justificatae fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, et privilegiata causa, colore, praetextu, et capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensu, aliave quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, et substantiali defectu notari, impugnari infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut etiam Motu pari, et de Apostolicae potestatis plenitudine simili concessio, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus fortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore, quandocumque, spectabit inviolabiliter, et inconcusse observari.

§. 9. Sicque, et non aliter in praemissis censeri, atque ita per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, et S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Apostolicae Sedis praedictae Nuncios, aliasve quoslibet quacumque praeminentia, ac potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si

secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter continetur attentari.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et Cancellariae Apostolicae Regula *de jure quae sit non tollendo*, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibus, et Sodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, exemptionibus, et indultis etiam in corpore juris clausis, aut Literis Apostolicis quibusvis Personis; Collegiis, Locis, Ordinibus, etiam Militaribus, Congregacionibus. Societatibus, institutis, etiam Societatis Jesu, et S. Joannis Hierosolymitani, aliasve quibuslibet specifica, et individua mentione dignis, etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam eiusdem et decretis, etiam irritantibus in genere, vel in specie, etiam motu simili et de Apostolicae potestatis plenitudine, seu consistorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium praemissorum concessis, ac plures confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, et individua mentio, seu quaevis alia expressio ad id servanda foret, illorum tenores, formas causas, et occasiones praesentibus pro plene, et sufficien-

ter expressis, et exactissime servatis et specificatis respective aventes, illis alias in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat, ad praemissorum effectum plenissime, et amplissime motu pari derogamus, et derogatum esse volumus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus insuper, et eadem auctoritate praedictae mandamus, ut eadem praesentes, et in eis contenta quaecumque ad omnium notitiam facilius deducantur, nec quisquam de eis ignorantiam praetendere valeat, ipsas praesentes, seu earum transumpta, ad valvas Ecclesiae S. Joannis in Laterano et Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiaeque Generalis Innocentianae in Monte Citorio, et in Acie Campi Flora, per aliquem ex cursoribus nostris, ut moris est publicari, et affigi: sicque publicatas, et affixas, omnes et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatae, et notificatae fuissent.

§. 12. Utque earumdem praesentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum Confir-

mationis, Approbationis, Innovationis, Voluntatis, Mandati, Statuti, Decreti, Declarationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentari praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, ejus se noverit incursum.

Datum Romae, apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quarto, Nonis Augusti. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

D. Cardinalis Passioneus.

J. Datarius.

VISA DE CURIÁ.

J. C. Boschi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium Public. die XI. ejusdem Mensis et Anni.

SECCION II.

Disciplina particular de la Diócesis.

A los Sres. Curas de este Arzobispado.

Se les recomienda de parte de la S. Mitra se sirvan informarle, los que aún no lo hubieren verificado, lo que se ha hecho en sus respectivas parroquias, como resultado de la circular expedida á 19 de Julio último, relativa á la Asociacion para el culto per-

cramenti nimurum Poenitentiae, lapsis post Baptismum ad salutem prorsus necessarii, valida ac legitima administratio, ejusdemque respective suscep-tio.

§. 2. Et quidem sel. record. Prae-decessor Noster Innocentius Papa XII, ex delatis ad se nonnullorum Episcoporum Regni Portugalliae tunc temporis existentium, et aliorum timoratae conscientiae Virorum, querelis, intelligens opinionem quandam revixisse, coetero-quin per Apostolicas Pauli V., Urbani VIII., et Clementis X. Romanorum Pontificum Praedecessorum suorum Constitutiones, necnon per plura Congregationum S. R. E. Cardinalium, tam Concilii Tridentini Interpretum, quam negotiis et consultationibus Episcoporum, et Regularium praepositorum, Decreta, dudum damnatam, ac reprobata; qua opinione freti plerique illarum partium Fideles, Privilegia, et Indulta circa praedictam Confessarii electionem a Sancta Sede concessa et elargita in Literis Apostolicis pro Cruciata Sancta emanatis, quas Bullam Cruciatae vocant, ita intelli-genda esse existimabant, ut facultas in Bulla hujusmodi Christifidelibus attributa, confitendi peccata sua cuiilibet Confessario per quemcumque Ordinarium ad Confessiones audiendas approbato, et recipiendi ab eo absolu-tionem, ut praefertur, a quibusvis pec-catis atque censuris in praedicta Bulla non exceptis, locum haberet, et habere censeretur, etiamsi Ordinarius praefatu-s non esset Ordinarius illius loci, in

quo Confessiones praedictas excipi con-tingeret; Hujusmodi opinionem, in Con-gregationibus S. R. E. Cardinalium, tam eorum, qui tunc temporis Episco-porum et Regularium consultationibus praepositi erant, quam aliorum adver-sus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum a Sede Apostolica spe-cialiter deputatorum, de ipsius manda-to ex integro examinatam, iterum cen-suit proscribendam atque damnandam, sicuti reipsa proscriptis, et damnavit, per Apostolicas in forma Brevis Litteras incipien. *Cum sicut*, die decima nona Aprilis anni millesimi septingen-tesimi, Pontificatus sui anno nono edi-tas; decernens et declarans, praedictam Bullam Cruciatae, quoad approbationem Confessariorum, nihil novi juris induxisse, nullumque privilegium conti-nere contra formam Concilii Tridentini, et praedictarum Constitutionum Apos-toli carum; adeout Confessarii tam Saecu-lares, quam Regulares, quicumque illi sint, in vim dictae Bullae Cruciatae, a Poenitentibus ad audiendas Sacra-mentales eorum Confessiones electi nul-latenus Confessiones hujusmodi audire valeant sine approbatione Ordinarii, et Episcopi Dioecesani loci, in quo ipsi Poenitentes degunt, et Confessarios eli-gunt, vel ad excipiendas Confessiones requirunt; nec ad hoc suffragari appro-bationem semel, vel pluries ab Ordí-nariis aliorum Locorum, et Dioecesum obtentam, etiamsi Poenitentes illorum Ordinariorum, qui Confessarios electos approbassent, subditi forent: Subinde que statuit Confessiones aliter in pos-

terum fetas et respective auditas, nu-las, irritas, et invalidas fore, et Sa-cerdotibus, qui illas audire praesumpe-rint, suspensionis poenam ipso facto incurriendam indixit: Opinionem autem quamcumque contrariam, tanquam fal-sam, temerariam, scandalosam, et in praxi perniciosa damnavit, et repro-bavit; eamque potissimum, de qua supra diximus, ullo modo doceri, susti-neri, aut ad proxim deduci, prohibuit, sub paena excommunicationis per contra facientes ipso facto incurriendae; prout latius in supradictis Literis continetur.

§ 3. Has Litteras Innocentii Prae-decessoris praedicti post aliquot annos sua quoque auctoritate approbavit, con-firmavit, et innovavit recol. pariter mem. Innocentius Papa XIII., die de-cima tertia Maji anni millesimi septin-gentesimi vigesimi tertii, Pontificatus sui Anno secundo, editis similibus in forma Brevis Literis incipien. *Aposto-lici Ministerii*, quibus plura comple-xus est ad Ecclesiasticam disciplinam in Hispaniarum Regnis servandam perte-nientia; ac inter alia declaravit, Sacer-dotes tam Saeculares, quam Regulares, qui ab Episcopis obtainuerint licentiam audiendi Confessiones, limitatam vel quoad locum, vel quoad tempus, vel quoad genus personarum non posse Sacramentum Poenitentiae administra-re extra tempus, vel locum, vel genus personarum ab ipsis Episcopis praes-criptum; quicumque privilegio, etiam in vim Bullae, quae appellatur Cruciatae Sanctae, competente nullatenus su-ffragante: Necnon sacerdotibus praे-

dictis tam Saecularibus, quam Regula-ribus, ad Confessiones excipiendas, vel ex vi praedictae Bullae Cruciatæ, vel ex quocumque alio privilegio elec-tis, minime suffragari, quod approbati aliás fuerint. ab Episcopo qui aliquan-do loci, in quo Confessiones audiendae sunt, Ordinarius fuerit, sed talis non amplius existat, vel quia ab humanis excesserit, aut Episcopatui renun-tiaverit, vel quia ad aliam Ecclesiam Auctoritate Apostolica translatus re-periatur, sed necessariam omnino esse illis, qui actualiter, et pro tempore Ordinariam Jurisdictionem in ea Dioece-si exerceat, approbationem; hanc tamen sufficere etiam tacitam, eamque tan-diū, durare quamdiu praecedens licen-tia sive approbatio expresse revocata non fuerit; in quo casu nova de inte-gro approbatio impetranda erit; sicut etiam quando prior approbatio, tem-pore praefinito elapsa, expiraverit.

§ 4. Cumque san. mem. Benedic-tus Papa XIII. praefatas Innocentii XIII. Literas suis aliis Apostolicis Litteris incipien. *In supremo militan-tis Ecclesiae Solio*, die vigesima ter-tia Septembbris anni millesimi septin-gentesimi vigesimi quarti, Pontificatus sui Anno primo datis, earum tenore de verbo ad verbum inserto, pari Auctoritate Apostolica in omnibus, et per om-nia perpetuo approbasset, confirmasset atque innovasset; ipsius quoque Aucto-ritate corroborata, innovataque noscun-tur, quae de facultate eligendi Confe-ssarium tam ab Innocentio XII., quam